



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Permutatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

Quinto, pactum hoc cum juramento, & hypotheca omnium bonorum impedit alienationem in tertium factam, Boer. *decis.* 182. *num.* 53. circa hanc materiam, vide Iacobinum de Sancto Gregorio, in *l. 2. nu. 2. ff. si certum petatur*, & Viocent. *Annan in alleg. 2. t. vol.* vide *Afflict. decis.* 692. & 65. vide *Dec. conf.* 614. *num.* 12. & 13. & *conf.* 88. *num.* 2. & 3.

Sexto, quibus modis præsumatur hoc pactum usurarium, vide *Abb. in cap. ad nostram, num.* 1. 4. 8. *cum sequen. de empt. & vend.*

### P E R M U T A T I O.

Permutatio quando fieri possit inter privatam & Ecclesiam, vel rei spiritualis cum temporali, vide *Afflict. decis.* 17. & an si res tradita ex causa permutationis vendatur alteri, nec adimpletur promissa, contra emptorē datur actio, vide *Lucum precibus, C. de jur. permut.* & quod dixit Vinc. de Franch. *per illam l. us decis.* 34.

### P O E N I T E N T I A.

#### S U M M A R I U M.

1. Quando pœnitentia publica sit imponenda.
2. An taxata à superiori possit commutari ab inferiori.
3. An pœnitentia sint arbitraria.
4. An possit absolvi pœnitens, si noluerit acceptare pœnitentiam sibi injunctam à Confessario.
5. An pœnitentia injuncta alicui possit commutari vigore jubilai.

**A**D Primum, sac. Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 8. *de reform.* decrevit, quod quan-

do quis adeo publicè crimen commiserit, & in conspectu, unde alius scandalo sit, iuxta illud *Apost. 1. ad Timoth. cap.* 5. & *cap. 1. de pœnit. & remiss. cap. seu illud.* 45. *distinct. cap. si potuerit, ver. ergo*, 2. p. quod possit imponi pœnitentia publica, tamen Episcopus potest hoc genus pœnitentiæ in aliud secretum pro causa commutare, hinc fit primo, quod Panorm. *in c. literas. eo. C. de præsumpt.* dicit, quod Confessarii & Episcopi non debent imponere has publicas pœnitentias pro peccato confesso in foro interiori secreto. Secundo, quod Navar, *cap. 8. nu. 10. notat.* 2. dicit Conc. non loqui de pœnitentiis imponendis ab Episcopis in foro pœnitentiæ conscientie, sed in pœnitentiis imponendis ab Episcopis in foro mixto, si enim daretur prima, esset indirectè frangere sigillum confessionis. Secundo, quia Conc. aperte loquitur de peccato commisso publicè. Tertio, quia loquitur in Episcopo, non in Confessariis. Tertio fit, quod malè faciunt quidam locorum Ordinarii, nimium forasse zelantes pro peccato reservato, vel ob oppressionem infantium, vel ob retentionem illorum in lecto ante annum expletum, vel quid hujusmodi, imponunt publicam pœnitentiam in Ecclesia, pro prædictis, posset tamen hoc imponi, etiam quando esset publicum, & liceret extra confessiones, sic etiam de illis, qui consummant matrimonium, antequam contrahant per verba de præsententi. *Sylv. in versic. de pœnitentia, §. 2. c. consultisti 2. qu. 5.* & *Abb. in cap. quesit. n. 1. de pœnit. & rem.* & ibi *Addit. Alex. de Nevo, litera E.* Quarto, quod per peccata